Loquacitas ac
cum uariis

Quidam a Pictagora querens quomodo inter sapientes discipulos computari possit, respondit: Serua silencium, donec necessarium sit tibi loqui. Si nichil dixeris nisi quod bene scieris, si gesseris optima, et locutus fueris pauca. Nam silencium signum est sapiencie et loquacitas signum stulticie. Ne festines respondere, donec fuerit finis interrogationis, nec questionem in conuentu soluere temptes cum sapientiorem te interesse prospexeris.

Pictagoras in suis preceptis.

____

Varia in MANUSCRIPTIS (B C M) et in IMPRESSIS (P V^1 V^2 L^1 L^2):

signum] est *add.* P V^1 V^2 L^1 L^2; stulticie] iusticie (*cor. supra lin.*) C; cum *om.* (*cor. in marg.*) M; prospexeris] prospexerit M